An animantes sint de vegetatione et tactu quomodo fiat febris et an adnatus consectariusq; sit affectus deq; prospera et aduersa valitudine ac Senectute/ De ommbus autem his q̄d resoluat non facile adscripsero placita enim Dumtaxat recensebo seu opiniones proprias nullius se vt in plurimis addicens sententie. Scripsit preterea hec opusculum quoddam de musica in quo quicquid ad vniuersalem ~~co~~ musicę diuisionem/ et ad omnem musicam rationem pertinet/ Dicere puto propositiones tonos et cazminorum diuersorum contexturam ad amussim explicat Docet et quid poetis cum musica commune sit cum pluribus poetice arti apprime vtilibus et necessarijs/ Postremo in opusculorum eius serie libellus et problematum quibus aliud nihil suggeritur preter diuersorum rituum et cerimoniarum ab antiquis in diuersis patrijs et apud diuersas gentes obseruatarum rones et memorabilium q̄z plurium rerum causas et institutiones vnde que in antiquitatum perdiscendarum sitis premit habet in his problematibus plurima que mirum in modum oblectant/

musica

problemata

1482

Angelus Politianus celeberrimi nr̄i et nominis et phame rarissime Inter complura que in studiosorum gratiam edidit e greecis latinas fecit amatorias quasdam narrationes Plutarchi cheronei quo effecit vt qui grecas literas non vsq; adeo perdidicerunt possint historias sane oblectabiles et que delitescant indignas sine obice nūc edisces/

1483

Nicolaus Sagundinus nr̄i cuius hactenus mihi et professio et patria non innotuit e greco in latinum conuertit opus